



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

21. Dies Novemb. Maria quidquid egit, disciplina est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

emb.

Novemb.

Tessera.

929

temperis: miserabilium, & auferes tibi omnem mis-  
seriam. Cur amas, & quid amando intendis? nun-  
quid ut tibi bene sit? Qui igitur amando queris be-  
ne esse, cur amas ea, qui hoc ipso quod amas, miser-  
eris? Ama illum, qui etiam inter has miseras vitae in  
qua repletis multis miseriis, tollat miseras, & reddat  
te felicem. Quid amas bona, quae si frueris, te faciunt  
malum; si optas, miserum; si amitas, molestum? ut  
quid amas homines, qui si te ament, faciant mollem,  
& enervem; si non amant, iracundum? Ama Deum,  
quem si optas te faciet bonum: quo si fruaris, bea-  
tum. Ne ames formas, quae te deformant: sed ama  
eum, quem amando te faciet formosum. Quam vio-  
lentum est amanti, separari rebus amatis! ut meritum  
ab illis separandus, & illis a te jam separatis, possis  
cum singultu vocis, & planctu cordis, clamanti Poetas  
acclamare:

*Heu dolor est gratis, abscedere rebus amatis.*

## 21. DIES NOVEMB.

Maria quidquid egit, disciplina est. S. Ambrosius sermo.

2. de vi. g.

Maria Prae-  
sentatio.

I.

**Q**uantum quis est avidus ut  
sciat, tantum sit cupidus  
ut discat: non enim ac-  
quiritur doctrina sine disciplina. Magistra nobis est  
una, sed communis omnium, sub cuius discipli-  
na, hauries præcepta omnia virtutum omnium.  
Adhuc vernabit in flore infantiae, flos virginum,  
in qua tamen, præter ætatem nihil erat puerile:  
necdum enim nata, jam erat cœlo adulta, quia  
coelestibus virtutibus matura. Itaque jam tum in

Pars III.

N n u

Vridi

viridi ætate, cana meditabatur consilia. Quæ ut exequetur, à Joachimo, & Anna (prò quale par hominum!) deducitur ad templum, ipsa animatum Spiritus sancti templum: concendit trimula annis, grava meritis, quindecim gradus; quæ jam virtutum omnium gradus prætergressa, stabat in summo gradu consummatæ perfectionis. Ingressa augustum delubrum, à Salomone tot gregum, & armentorum curo lustratum, sui sacrificio illud, plus quam Salomon illustravit. Ubi cum se voto virginitatis Deo obtulit, signum ejusdem virginitatis futuris extulit, & contra virginitatis hostes bellicum cecinit. Si teste hodiernæ diei tesserā, quidquid illa egit, agendi est disciplina, omnis ejus actio, nostra est instratio. Ut te totum amore tuo, toto te Deo consecres, non docuit præcepto, sed exemplo; sis tu ipse in cordis tui sacrario sacerdos tui, cadat victima amori Divino, amor humanus: nihil Deo offers, licet omnia tua, nisi in te.

II. Anime mi, satis aliquando per creatas bonitates es vagatus; satis eisdem es oblectatus; plus quam satis es contaminatus. Satis amasti eam pulchritudinem, quæ in te delevit omnia lineamenta pulchritudinis, satis amasti opes, quæ nullam tibi unquam nec contulerunt, nec conferent opem; satis auocupatus es honoris, unde in honorus effetus es: satis anime mi amasti, quæ Deus odit; satis desiderasti, quod sancti fugerunt: satis adhæsti illis, quæ te aliquando nolentem deserent: sape tandem meliora, ama cautiūs, desidera prudentiūs, ambula reūs, vive puriūs. Et si extra cretorem vis aliquid amare, è creatis illud ama, cuius amore ita captus es

crea-

Noven  
creator;  
delegerit  
quid am  
& ut am  
ta, ecce  
& infrā  
potest e  
Veritas.  
lis amo  
Regiu  
omnes i  
amori i  
Salvato  
ribus fl  
ventius  
confort  
tam, in  
vertunt

III.  
ama, a  
partem  
splende  
gnitate  
guis  
sanguis  
suavita  
Ea ele  
torum  
reund  
centia  
Ad e

( a

vemb.  
ut exe-  
- homi-  
um Spi-  
is,gra-  
rtutum  
no gra-  
um de-  
m cru-  
lomon  
o obcu-  
& co-  
ste ho-  
est dis-  
Ut te  
ou do-  
ydiatui  
ivino,  
qua, nisi  
s boni-  
; plus  
n pul-  
menta  
m tibi  
; satis  
tus es:  
deside-  
s, quz  
m me-  
lla re-  
liquid  
cusest  
crea-

Novemb.

Tessera.

931

creator, ut è Creatore factus sit creatura, illudque degerit assumptæ humanitatis sacrarium. Vis dicam quid ames? anima cum Deo, & juxta Deum Mariam, & ut amandi non defint, quibus movearis, argumen- tu, ecce, ipse Deus amandi scientissimus, amat illam, & infrà se solum, super cætera omnia amat eam. Non potest errare amor, quem præit Sapientia, & ducit Veritas. Amant illam nobilissimi illi, & primi in cæ- lis amoris discipuli, imò filii, & hæredes, Angeli, ut Reginam suam: amant illam omnes in cœlo Sancti, omnes in terra justi, tanto amandi peritiores, quanto amori increato viciniores, & cariores; & ut matrem Salvatoris sui amant. Amant illam omnes in piacula- ribus flammis purgantes animæ, & tanto amant fer- ventius, quantò ejus solatum desiderant cupidiùs consortiumque expectant diutiùs. Omnes suprà ter- ram, in terra, infrà terram, vires amoris omnes con- vertunt in Mariam.

III. Mariam inter omnes, & tu unus mi animæ ama, amore utique dignissimam, & quamcunque in partem inflexeris animum, amabilem. Amas familiæ splendorem, majorem sanctitudinem, muneris di- gnitatem? quid illustrius? quid sanctius? quid di- guius Mariæ, in quam unum tot Regum inclytus sanguis influxit? Amas corporis dignitatem, morum suavitatem, vultus Majestatem, sermonis delicias? Ea eleganter, suavior, augustior est Maria. (a) Nil torvum in oculis, nil in verbis procax, nil in actu inpe- recundum. Amas animæ sinceritatem, cordis inno- centiam, vitæ caudorem? præstat iis omnibus, omnes Ad filios Maria: ut potè quæ quoties (b) vestigium

N n 2

pedis

(a) Ambrosius suprà (b) Idem.

pedis tollebat, toties gradum virtutis attollebat. Amas Divinæ gratiæ charismata, virtutes gratiæ comites, dona istis superaddita? At nemo illis locupletior Mariæ. (a) Quanta enim in una Virgine species virtutum emicant, secretum verecundia, vexillum fidei, Devotionis obsequium. Ama Mariam mihi anime, ita de te meritam, ut uni illi post Deum debeas, quidquid boni es meritus; atque adeò nisi amorem rependas, nihil tuā dignum obligatione rependas. Quod si enim amas & jure amas illos, qui te in vitam hanc mortalem, morti prius, quam vitæ genuerunt, dic age, Maria tibi amorem, & te amorī, ac vitæ generavit. Quod si amas, & merito suo amas, qui sibi amorem tuum beneficiis suis obligarunt; dic age, majoribus, ac præstantioribus te, totumque sibi mundum obligavit Maria. Quod si amas qui te honoris, fortunarum vitæ periculis, quite hostium insidiis, obtrectatorum injuriis vendicarunt; dic age, diaboli insidiis, mundi illecebris, carnis stimulis te liberavit Maria. Ita am mi amice, non errabis, amando, nec peribis errando, ut amare possis, dic o Mater amabilis, patere te amari. O Mater amoris, genera in me amorem.

*Vix mentem esse piam? cole totâ mente Mariam.*

## 22. DIES NOVEMB.

Quid prodest, quia hymnum cantat tua lingua, si sacrelegium exhalat tua vita? S. Augustinus in ps. 102.

Musica non tantum est vocum sed morum.

I. **S**ubsequitur licet non passibus sequis, Dominam ancilla, heram pedissequa, Reginam virginum,

(a) Idem.